



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Quæst. 2. Hoc nomen an antiquum in Eclesia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

De Sacrificio Missæ. Cap. I. 215

ut inde fractum spiritualem perciperent, ac proinde statutum fuit in Concilio Carthaginensi 4. *Vt Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam & audire verbum Dei, sive Gentilem, sive Hereticum, sive Iudaum usque ad Missam Catechumenorum.*

Conc. Carthag. Can. 84^o
ann. 398^o

Rationem affert Concilium Valentini in Hispania, dum ait: *Hoc inter cetera censimus observandum, ut Sacro-sancta Evangelia ante munerum illationem, vel Missam Catechumenorum in ordine lectionum post*

Conc. Valent. cap. 1. ann.
§ 24^o

Apostolum legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Iesu-Christi, vel sermonem Sacerdotis, non solum Fideles, sed etiam Catechumeni ac pœnitentes, & omnes qui ex diverso sunt, audire licitum habeant: sic enim Pontificum prædicatione audita, non-nulos ad fidem attractos evidenter scimus.

Quæst. 2. Hoc nomen Missa est-ne antiquum in Ecclesia?

Resp. Antiquissimum est, cum Divus Ambrosius 4. saeculo ejus mentionem faciat Epistola 33. ad Marcellinam sororem, Missam facere coepit; & sermone 34. Moneo vos ut qui juxta Ecclesiam est, & sine gravi impedimento potest, quotidie audiat Missam.

Divus Augustinus, qui eodem saeculo florbat utitur hoc Missæ nomine sermone 91. de tempore. In lectione qua nobis ad Missas legenda est. Et serm. 237. Ecce post sermonem fit Missa Catechumenis, manebunt Fideles.

Facile esset referre varios authores 5. saeculi, qui utuntur nomine Missæ. S. Leo Papa, Victor, & Paulinus illius meminerunt. Observandum solum hic est, de hoc nomine loqui S. Ambrosium, & S. Augustinum ut de nomine jam dudum in usu apud Christianos; ex

quo patet nomen Missæ esse ferè coævum Ecclesiæ.

Quæst. 3. Quid est Sacrificium?

Resp. Sacrificium propriè sumptum definitur à Theologis, Oblatio sensibilis soli Deo facta ad profitendum supremum ejus in omnes creaturem dominium à legitimo Ministro, rei externæ & sensibilis peculiariter consecratæ, per veram immutationem, & destructionem rei oblatæ. Colligitur hæc definitio ex sancto Thoma 2. 2. q. 85.

Hæc definitio non competit, nisi vero Sacrificio; non autem Sacrificio latè accepto, quod complectitur omnia bonorum operum genera

S. August. De in honorem Dei; sic S. Augustinus ait: Verum Civit. Dei. Sacrificium est omne opus quod agitur, ut lib. 10. cap. 6. sanctâ societate inhæreamus Deo.

S. Tho. 3. p. Et ut ait Divus Thomas: Omne illud quod q. 21. art. 2. Deo exhibetur ad hoc quod spiritus hominis fertur in Deum, potest dici Sacrificium, secundum illud Psalmi: Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Ecclesiastici cap. 5. Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab ini-
quitate. Qui facit misericordiam, offert Sa-
crificium: At in sequentibus sumitur Sacrifi-
cium in propria significatione. Misericordiam
volo, non Sacrificium: Olex cap. 6. Melior
est enim obedientia quam victima. I. Regum.
cap. 15.

Quæst. 4. Quomodo potest clarè explanari tradita Sacrificii definitio?

Resp. Dicitur & est 1. Oblatio, hoc est,
actio peculiaris, & determinata, quâ aliquid
offertur. Deinde est oblatio sensibilis, per
quod Sacrificium externum & visibile, de quo
hic loquimur, distinguitur à Sacrificio in-
terno,